



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

CONFV TATIO
CALEND A.
RII GEORGII
GERMANNI WAR-
TENBERGENSIS
BORVSSI,

Auctore
CHRISTOPHORO CLA-
VIO BAMBERGENSI
SOCIETATIS
IESV.



MOGVNTIAE,
Excudebat REINHARDVS ELTZ,
Anno Domini, M. DC.X.

I N
C A L E N D A-
R I V M T R I P L E X G E O R-
G I I G E R M A N N I A N I M A D .
V E R S I O C H R I S T O P H O R I C L A V I I
 Bambergensis è Societa-
 te I E S V

A D
G E O R G I V M G E R M A N N V M
 Wartenbergensem Borussum.



Vix hoc Anno 1609. responsio-
 nem meam ad conuitia, & ca-
 lumnias Scaligeri in Calenda-
 rium Gregorianum Moguntiae
 impressam receperam; cum ecce è Germa-
 nia ad me affertur noua tua, Germane, Ca-
 lendarij reformatio, cuius hæc est inscriptio.

Computus Ecclesiasticus,

S I V E

C A L E N D A R I V M T R I P L E X :

Gregorianum, Antiquum, & Nouum, cū
 nouo cyclo Lunari, & refutatione quorun-
 dam insignium errorum Christophori Clavii

uij Bambergensis è Societate I E S V clarissimi nostri temporis Mathematici.

AVTHORE

GEORGIO GERMANNO

Wartenbergenſi Boruffo.

V T honorificè de me, meoque Calendario, Georgi Germanne, detraheres, nouo consilio, dubiaq; , vt reor, arte, & clarissimum nostri me temporis Mathematicum vel in ipsa libri tui inscriptione, tanquam in vestibulo nimiris indulgenter appellas; & insignes meos errores ex altera parte prætendis, quæ duo quām benè conueniant, tui sit iudicij: pugnare mihi quidem certè videntur; neque enim, qui tam grauiter errare in rē tam vulgari potuit, insignes inter Mathematicos numerandus fuerat. Verum dulci melle, vt credo, latere tutius venenā iudicabas: & (vt cum pueris fieri consuevit, vt pharmaci amarorem suffagant) ipsam quasi vasis oram, suavi nectare non quæsitæ & iam diu à me repudiatae laudis imbuisti. Sed viro seni dare verba tam fore difficile tibi persuadere debueras, quām facile tuas euolui posse technas, quas non benè composueras. Sed si candidè, & more maiorum, vt dicitur, id egisti, laudo ingenuitatem, sed iudicium desidero, quod pace tua

fit dictum. consultius enim, & gratius acci-
disset, si de meis laudibus obticuisse, quas
mihi non arrogo, rationibus, solidisque ta-
men argumentis egisses, vt te facturum in
ipso libri titulo insinuaueras, quod vbi præ-
stiteris, non satis appareret. Fortasse facilio-
ra videbantur initio, quæ animo versabas,
quæque tibi demonstrare posse videbaris:
sed voluntati minus obsequentem se præ-
buit stylus, & renuit appingere calamus, quæ
mens non recte digesserat. Sed laus, quan-
tulacunque tua tamen sit voluisse: si voto res
non respondit; humani ingenij conditioni
tribuatur, quod non omne, quodlibet, ex-
tundere pro arbitrio potest. certè illud pen-
sandū fuerat, obruta iam ingenia multorū,
& impugnatione Calendarij defatigata, &
nequicquam torta, spem victoriæ eripuisse
omnibus; nec tam dubium spissumq; opus,
nisi compositis cum rei difficultate viribus
fuisse tentandum. Et vt ingenuè, quod est,
fatear, non raro mēcum ipse cogitaui, quid
nam rei esset, cur tantopere non pauci no-
stræ ætatis Mathematici, iisque non ignobi-
les, omnem suam industriad operamq; eò
retulerint, cum possint alioquin in tam lato
& aperto amplissimæ disciplinæ campo o-
peram locare suam, vt Gregorianum Calen-
darium, tamquam inimicam & infensam
arcē, oppugnarent, obsiderent, demoliren-

tur? Hæc mecum cogitanti illud venit in mentem: huiusmodi homines, ut is qui ex Dianæ Templi incendio famosam, & sacrilego scelere nobilitatam famam captare voluit; vel ex ipsa Calendarij oppugnatione in gloriam emendicare gloriam, & illaudatam ambire laudem iniuste contendere. Deus bone alius iam mihi seni, & affecta ætate ex alio labor trahitur, non ut Gregorianum Calendarium emuniam, sed ut veteratoriè & malitiosè per calumniam intentas machinas euertam, quæ ideo excuduntur, & quotidè aliæ de nouo excogitantur, ut ipse iam ijsdem nugis, & fastidij plenis defatigatus liberum cuique faciam, quodcunque voluerit blaterare, ut victoria, quandoquidem haberi rationibus & rei æquitate non potest, silentio meo, & improuida taciturnitate obtineatur. Et sanè impetrassent à me id facile, si eorum, quæ isti afferunt, rationem habendam esse iudicassem, sed cum de tanti negocij dignitate detrahi viderem, si inconsultè reticuissem, & duobus verbis, ut dicitur, friuolis sophismatis & paralogismis respondere recusassem; nec officio meo unquam deesse volui, nec eorum licentiæ liberiorem aperiri campum mihi permittendum esse duxi. Certe illud non negauerim, ex omnibus qui haçtenus in Calendarium irruperunt, nec peritus quenquam, nec me lius.

Ius, quam te, Georgi scripsisse. Proinde in maximam spem veni, vnum te fore ex acer-
rimis nostri Calendarj propugnatoribus, si ad meas pendendas rationes candidè & syn-
cerè, quod facies, accesseris. multum enim
refert, quo animo quis vel scribat, vel aliena
perlegat, turbidus enim & lutulentus fons
nec accipere, nec reddere imaginem po-
test; hic idem si liquidus, & illimis sit, quod-
cunque opposueris, probè referet. Amicè
igitur, vt soleo semper, moneo, ne tibi plus
solito placeas, neque ad Lesbiam, vt dicitur,
regulam tuas exigas opinationes, sed ad fir-
missimam Mathematicæ normam, quam si
adhibueris, luce clarius perspicies, non insi-
gnes modo, sed nullos penitus errores in Ca-
lendario nobis excidissem; neque enim erro-
res dicendi sunt, quos necessitas, non igno-
rantia secum affert; quiisque nullius ingenij
queant subtilitate vitari. Itaque, mi homo,
parcius istaviris obijcienda memento, vbi. n.
verba exciderunt, reuocari non possunt, &
silentium sèpissime profuit etiam ad gloriæ
consequutionem, quam dum auidius appe-
tis, aliorum infectione scriptorum, turpius
amittis. neque supra vires, ingeniumq; cœ-
pta tentanda sunt; sed qui posteritati libro-
rum editione studet, vt implumes, nec dum
expertæ cælum auiculæ volatu abstinent, se-
que intra nidum continent imbecillitatis

suæ consciæ, vsque dum validior penna tenuæ corpusculum per auræ impunè ferat, paulatim & sensim, vt dicitur, sine sensu, ea primum improbæ & malignæ luci committere debet, ex quibus nisi cumulatissimam referat laudem, certè nullam inde vel huoris notam, vel ignorantia labem contrahat. Non grauatè credo feres à Sene, qui tot annorum spatio in dubio hoc puluere currum versauit, tam humaniter moneri, quandoquidē, vt tu ipse dicis, veritas adhuc minutula degeneri partu licet odium pariat, mox validior & robustior natuua virtute benevolentiam amoremq; progignit. Et verò auersetur quāuis primò amarorem potionis æger, mox eam haustam amat, gaudetq; dum inamabili ex radice fructum sperat se reportaturum omnino suauissimum. Tu verò si me audies, ingenium istud excoles seueriore cultu, iudicio longe strictiore, lucem fuge ad tempus, & illius publicandi ambitionem evita, vsque dum vel nonum pressum in annum, quodcunque opus excudes, tutò versari per hominum manus possit. Sic enim non pñnitendum, & laborum tuorum, quo non male sanè collocaueris, si perges, & ingenij fructum refères. Ut enim non multò ante dixi, ingenium non desidero in tuis scriptis, sed veritatem in rationibus, iudiciis in sententijs, quod inconsultò cain me

me scripseris, quæ nec probasti, nec probare
vnquam poteris; & ea pollicitus sis, quæ nus-
quam apparent. Quod ad extremum, me
consultore, ad tam difficile opus te descen-
disse dicis, de tuo addis; næ tu si me consu-
liisses, intempestiuè prodijsses in scenam,
antequam tecum & musis diu accinuisses,
diuq; tacitus limass̄es, quod tot tamq; varijs
hominū sententijs erat subiiciēdum. Nunc
verò, non inficiabor, consultor accedo; con-
silium salutare illud est, vt malè cantata re-
cantes, docilemque te ad ea, quæ dicturus
sum præbeas; neque te, licet erraueris, didi-
cisse pudeat, non potest enim athleta ma-
gnos spiritus ad certamen afferre, vt ille ait, Senec. ep. 13
qui nunquam fugillatus est. Ille qui fudit
sanguinem suum, cuius dentes crepuerunt
sub pugno, ille qui supplantatus aduersariū
toto tulit corpore, nec proiecit animum
proiectus, qui quoties cecidit effectus peri-
tor resurrexit, cum magna spe descendit ad
pugnam. Hoc extremum addidi, vt intelli-
gas medicinam me, non venenum adhibe-
re, & curationem afferre non gladium. Æ-
qui igitur bonique facias, sic te Deus amet,
quæ à me dicuntur, abest enim omnis dolus
malus, aculeus in mea oratione nullus erit,
qui non suauiter pungat, extimuletque te
benevolè magis, quam contumeliose. At-
que vt hinc ordiar, hoc tuum Calendarium

Germanne infidum & inconstans cum primis est: ventus & nubes, vt ille ait, & pluiae non sequentes. Enim uero multa pollicetur initio, tum nihil praestat: quod ne verbis à nobis tantum id dici, non re ostendi conqueraris, sic demonstro.

1. PRIMO, non video nouum cyclum lunarem, de quo te iactas. Vbi nam obsecro ille in toto hoc Calendario latet, quas amabo te tam abstrusas se recepit in latebras? An quia triginta aureos numeros partim simplices, & partim æquatos constituis? Verum hoc non est nouum cyclum lunarem condere, sed cyclum decem nouennalem aurorum numerorum mirum in modum perturbare, & cum quibusdam numeris interiectis confundere: cum cyclus lunaris apud omnem antiquitatem, etiam ante adventum Christi Domini, continuérit semper vnde uiginti tantummodo annos, quod & in Apologia contra Mæstlinum, & in explicatione Calendarij abunde docui. Verum de hac incondita aurorum numerorū conditione, atq; multitudine paulò post dicam. Neque enim in Ecclesia admittendum est, vt introducantur trigesita aurei numeri, qui vt fictitij sunt, ac numquam auditii, ita multis post se trahunt errores, vt suo loco manifestum erit.

2. DE INDE, non agnosco tam insignes meos

meos errores, quos te refutasse gloriaris, quod suo loco ostendam. Sed diluamus primò ea omnia, quæ in Epistola nuncupatoria in Calendarium Gregoria num inconsideratè dixisti. Afferis in primis, Astronomos grauiter conqueri, quòd Calendarium Gregorianum nec iustum sit, nec priscos Ecclesiæ Orthodoxæ ritus conseruet: quia videlicet in eo nec apparens, nec medium, nec fiditum illud, quod reformatores Calendarij excogitarūt, æquinoctium in die 21. Martij fixum manet. Qui verò sunt, obsecro, isti Astronomi? Certè tui similes, qui plus scire se putant, quam alios.

3. ADDIS, eosdem Astronomos conqueri, quòd Epactæ Calendarij ita calculo cœlesti adaptatae sint, ut non raro luna, quæ earum indicio est xiiij, iuxta calculum primum sit xiij. Ex quo sequitur, nos sacrum Pascha sæpe in ultimo Hebreorum mense, sæpe etiam luna xiiij. celebrare.

4. DENIQUE ais, Astronomos illos ægre ferre, quòd reformatores Calendarij nouum quendam, ac molestum, nec non per discontinua numerorum interualla, de anno in annum saltantem Epactarum cyclum, quo numquam ante hac Ecclesia uisa est, inuixerint, cum antiquus aureus numerus, modò illi æquatio adhuc eatur, idem quod Epactæ, & faciliori quidem ratione, præstare possit.

5. HÆ

5. HÆ sunt grauissimæ querelæ, quas ex ore tuo Astronomi illi de Gregoriano Calendario afferunt: quas nullius esse momenti, ex his intelliges. Prima enim mera est calumnia. Iustissimum namque est Calendarium Gregorianum, omnesque ritus priscos Ecclesiæ Catholicæ conseruat. quod copiosissimè & in Apologia contra Mæstlinum, & in explicatione Calendarij Gregoriani à nobis est demonstratum. Quod autem addis, nec apparens, nec medium, nec fictitium illud, quod reformatores Calendarij excogitarunt, æquinoctium in die 21. Martij fixum manere; videris non legisse caput 5. Explanationis Calendarij, vel cap. 5. lib. 1. Apologiae contra Mæstlinum, vbi pluribus verbis doceo, reformatores neque de vero, neque de medio æquinoctio Astronomico, neque de fictitio aliquo loqui, sed de æquinoctio anni Alphonsini, qui medius est inter maximum, ac minimum annum, secundum quæ instituta est æquatio æquinoctij quadrincentorum annorum: cum, ut omnes Astronomi docent, in annis 134. unum diem anticipet, & in annis 402. tres dies. Neque valde solliciti fuere de æquinoctio vero, quod inæquabiliter progreditur, modo à die 21. Martij versus finem mensis recedendo, modo iterum ad eum diem versus mensis principium accedendo, quod ex tuo quoq;
cal-

calculo capit is 7. liquidò constat. Neque vero Ecclesia irregulari æquinoctij motui al ligata est, ne perpetuum dissidium inter fideles excitetur. Lege, queso te, supra dictum cap. 5. ex quo facile intelliges, te frustra in tuo Calendario ad naufragium usque æquinoctium verum nobis obijcere.

6. AD secundam querelam respondimus in Explicatione Calendarij pluribus in locis. Nimirum propter cycli imperfectionem, quicunque is sit, contingere nonnunquam, (quod tamen in Gregoriano Calendario rarißime accidit) ut Pascha in ultimo Hebræorum mense, vel etiam in ipsa xiiij. Luna celebretur. Id quod etiam in tuo Calendario fit, & quod absurdius est, særissime in eo Pascha celebras in secundo, vel ultimo mēse, & quidem extra terminos, quos Patres nobis præscripserunt.

7. T E R T I A querela in tuum petius Calendarium, quam in nostrum quadrat. Tui enim aurei numeri æquati sine ullo ordine liberius quam velles saltant, neque certis legibus tenentur, ut suo loco clarius aperiam. Epactarum vero cyclus nouus non est, neque verum est, illo nunquam antefiac Ecclesiam usam esse. Nonne etiam rustici, nautæ, ac vulgus imperitum per Epactas ætatem Lunæ semper inuestigarunt? Nonne in omnibus libris Ecclesiasticis, ut in Brevia-

rijs, ac Missalibus, docetur inuentio Epactæ, eiusque usus? Quid enim magis accomodatum excogitari potest ad Nouilunia, pleniluniaque media exploranda, quam Epactarum cyclus? Epactæ namque sunt numeri dierum, qui mense Decembri post ultimam anni luationem supersunt, ut cap. 9. in Explicatione Calendarij declarauit. Neque verò de anno in annum sine ordine saltant, ut cauillaris: sed semper per 11. progressiuntur, nisi quando aureus numerus est 19. tunc enim adiiciuntur 12. ad Epactam, ut sequentis anni Epacta formetur, ut cap. 10. in Explicatione Calendarij diximus.

8. In eadem postea Epistola nuncupatoria triumphum de me canis, quod in Apologia aduersus Mæstlinum quasi contraria sim locutus: cum pag. 296. mirificè gloriatur, in Calendario Gregoriano omnes esse errores vitatos: deinde pag. 322. affirmo, in nullo Calendario omnes errores euitari posse. Sed audi bone vir, non intelligo in priori loco, omnes omnino errores esse euitatos, cum hoc fieri non possit, quod aliqui nequeant vitari, & ob id errores simpliciter dicendi non sint; sed quod ex his ipsis multò pauciores, & minores, in nostro Calendario inueniantur, quam in veteri. Ita namque pag. 299. me dixisse reperies. Quod ad tertium errorē attinet, (ne videlicet Pascha

Lunam

Lunam xxj. cōsequatur, hoc est, ne in quartam hebdomadā mensis Lunaris incidat) si error dicendus est (cum in nullo cyclo vi-tari queat) ingenue confitemur Canon. 2. Calendarij noui, propter postpositionem & necessariam accidere interdum, ut Pascha in principium quartæ hebdomadæ, hoc est, in Lunam xxij. siue in posteriorem quadratum Lunæ aspectum incidat. Quid igitur habes hoc loco, quod obijcas? nihil profectò, cum ibidem perspicuè explicauerim, esse necessariò aliquos errores, qui propter imperfectionem cycli vitari nequeant. Expecta paulisper, donec in ijs, quæ sequuntur, videas, in quot errores, ob æquatum aureum tuum numerum, & æquationē æquinoctij veri, imprudens incurras.

9. Ad extremum in eadem Epistola affers causam, cur Calendarium hoc tuum conscripseris: quia videlicet Mæstlinum, ad simile quid audendum hortatus sum; ac proinde, quod ipse facere non potuit, illud feliciter te ad umbilicum perduxisse gloriaris. Verum habeo hic, Germanne, non nihil, quod ex te paulo diligentius exquiram. Primum enim Catholicus si es, vt præ te fers, (quamuis hac de re suspicari quis possit eò, quod Calendarium tuum iudicio atq; censoræ Dauidis Origani viri haeretici submiseris; cum optimè noris, omnes haereticos probaturos

batus scripta quælibet contra Romanam Ecclesiam edita) quid est, quod post Bullam Gregorij xij. qua præcipitur, ut omnes novo Calendario Gregoriano vtantur, ausus fueris nouum tuum nobis obtrudere? præfertim cum Clemens viii. in sua Bulla prohibeat omnia alia Calendaria, quæ à vobis in posterum constituentur? Neque enim te defendere potest mea adhortatio, quæ Mæstlinum ad idem faciendum inuitauit. Cum enim is hereticus sit, probè sciebant, illum paruipendere Ecclesiæ Catholicæ auctoritatem, ac propterea suo arbitratu Calendarium aliud, etiam contra præceptum Pontificis, audere moliri, cum minas eius ac pœnas non metuat. quod de homine Catholicō nemo sibi persuadere debet. Deinde non præstitisti, quod pollicitus es, & quod Mæstlin suasi. Neque enim Calendarium tuum annum ciuilem, & cyclos ab Ecclesia visitatos adhibet, sed verum motum æquinoctij, & cyclum aurei numeri mirum in modum perturbatum & confusum, ut suo loco dicimus, nobis proponit: neque regulas faciles, ac perpetuas ad captum vulgi accommodatas præscribit. Deniq; si habebas, quod in Calendario Gregoriano displicebat, quare illud non proposuisti ante eius publicationem, quando Stephanus Poloniæ Rex Compendium Calendarij à Gregorio xij.

ad

ad Principes missum per suos Mathematicos examinavit, atq; approbavit. Sanè tunc integrum erat cuique suam sententiam expondere. Nunc autem intempestiuia nimis est hæc tua diligentia in nouo Calendario concinnando. Nam etsi omnibus constaret numeris, vt falso prædicas, non tamen illud recipiendum esset, cum iam Gregorianum in Ecclesia Catholica vbique suscepimus sit, atque approbatum: præsertim cum hoc ad vulgarem, popularemque sensum magis sit, quam tuum, accommodatum. Atque hæc contra ea, quæ in Epistola dedicatoria Calendario Gregoriano obijcis, dicta sint.

10. IAM verò quod ad Calendarium tuum attinet, non nego, multa in eo ingeniosè & acutè inuenta esse, & excogitata: sed quæ ad rationem Calendarij Ecclesiastici, quod populare esse debet, & captui vulgi accommodatum, non omnia pertineant, immò plerique ei aduersentur. Primum enim quis æquo animo ferat interiectionem illorum II. numerorum inter binos aureos numeros non proximos? Cum enim neque sint aurei numeri, neque Epactæ, qua auctoritate, aut quo exemplo illuc intruduntur? Res enim est prorsus noua, & insolita, ac sine villa necessitate excogitata: cum sine ea longe facilius Nouilunia reperiantur per Epactas, vt supra Num. 7. diximus, atque in Explicatio-

ne Calendarij docuimus; ac planius expōnemus, cum ad æquationem tuam aureorum numerorum ventum erit. Nunc autem sic habeto, aureos tuos numeros æquatos, chimæræ omnino perfimiles esse, quippe qui temerè sint conficti; & quidem non recte abs te inuēti. Adde quod aliqui ex ipsis constituant vnam Lunationem dierum 31. immò interdum dierum 32. quo quid monstruosius, vel absurdius dici potest? Sed hæc infra.

ii. *Q*uis etiam tibi non succenseat, quod cap. 4. æquationem æquinoctij per quadringtonos annos progradientem, & ad medium annum institutā respuis, amplecterisque æquationem secundum verū motum directam, quæ valde inæquabilis est, & irregularis? An non in Compendio Calendarij ad Principes Christianos anno 1577. transmiso disertè docuimus, quo id pacto fieri debet, si id expediret? *Q*uid tibi, obsecro, tunc venit in mentem? An non stultitia est, velle Ecclesiam ad veros motus astringere, & fideles cogere verum æquinoctium supputare? *Q*uis dirimet inter eos dissidium, quod necessariò orietur, cum hic has tabulas, ille alias contenderet sequendas? Sanè tabulæ Prutenicæ æquinoctium verum concipiunt in aliud diem, & Alphonsinæ in aliū, & calculus Tychonicus in aliud. Exempli causa,

caussā, Anno Domini 43103. quem tu tam
procul distantem curiosissimè elegisti, vt ca-
lumniā Calendario nostro parares, æquino-
ctium vernum iuxta tabulas Prutenicas fiet
8. fermè diebus post diem 21. Martij: secun-
dum Alphonsinas, 4. tantum ferè diebus:
quod calculus Tychonicus exhibit 8. circi-
ter diebus ante 21. Martij. Quodnam ergo
ex his Ecclesia Catholica sequetur? Idem in
alijs annis cerni potest. Ad complures nam-
que annos æquinoctium tam ex tabulis Pru-
tenicis, quam ex Alphonsinis supputaui. vt
anno 9103. Prutenicæ tabulæ exhibent æqui-
noctium die 27. Martij: quod Alphonsinæ
in diem 24. retrahunt. Muta quæso senten-
tiam, si sapis, & nobiscum æquationem sta-
bilem atque vniormem 400. annorum re-
cipe: de qua pluribus verbis differui in Ex-
plificatione Calendarij cap. 5. 6. & 7. præser-
tim verò, quia te etiam teste cap. 10. Eccle-
sia spretis veris coniunctionibus luminariū,
medias adhibet. Quin etiā Franciscus Vieta
vir doctissimus, & Iosephus Scaliger, qui ac-
cerrimè Gregorianum Calendarium op-
pugnarunt, non sunt ausi hanc nostram æ-
quinoctij æquationem per 400. annos pro-
gredientem reprehendere, sed eam, vt proba-
bilem, vltro receperunt. Quod si quando
accidat, Pascha ante æquinoctium verum
celebrari, id absurdum non est, vt in Expli-

tione Calendarij cap. 5. Num. 12. declarauit.
 Eodemque cap. Num. 14. docui, quo
 pacto restituendum sit æquinoctium ad
 diem 21. Martij, si forte longius ab eo reces-
 serit, & spes non sit, ut ad eum reuertatur,
 quod iterum cap. 7. Num. 5. repetij. Ex his
 ruunt omnes tuæ obiectiones, vociferatio-
 nesque, quibus Calendario Gregoriano ex-
 probras, quod non semper Pascha peragat
 post æquinoctium. Agnosce quoque tuum
 crimen, quod non executus es consilium,
 quod Mæstlino dedi: quippe qui non pro-
 ponas regulas faciles, ac populares, ut par-
 est, & quæ in Ecclesia sunt semper usurpatæ.
 Lapsus quoque meos quos vocas, æquino-
 ctiorum in 22. annis, quæ in Explicatione
 Calendarij cap. 7. supputauit, quos quidem
 in tuo Calendario cap. 7. annotasti, nullius
 esse momenti, facile quiuis intelliget, si dili-
 genter mea æquinoctia cum tuis conferat.
 Paruam enim differentiam inter ea repe-
 tiet, cum tua post medium noctem compu-
 tentur, mea autem ad tempus circa meri-
 diem, vel medium noctem, vel certè circa
 occasum Solis, non habita ratione horarum,
 referantur, v. g. anno 3156. pono æquino-
 ctium fieri die 20. Martij circa occasum So-
 lis, quod tu ponis die 20. hora 21. post me-
 diam noctem. quæ, obsecro, differentia in-
 ter utrumq; existit? certè nulla ferè. Ita quo-
 que

que anno 1653. statuo æquinoctium die 20. post medium noctem, quod tu reponis in die 21. hor. 0. post medium noctem. Sic etiā anno 15804. æquinoctium à me inuentum est die 23. circa medium noctem; quod tu ponis in die 23. hora 22. post medium noctem, id est, duabus horis duntaxat ante medium noctem quam nos post meridiem diei 23. computamus. Et sic de alijs. Itaque nodum in scirpo quæris, ut fertur, ac solum calumniari velle videris. Et quidem æquinoctia illa non ego solus, sed alij viri exercitati mecum calcularunt, ut de illis dubium esse non possit. Et sanè æquinoctium anno 20005. nondum recessisse à die 21. cum illud fiat die 20. post medium noctem, quod tuus calculus ponit in die 21. hora 5. post medium noctem, hoc est, post mediafn noct. quæ diem 20. insequitur, nemo negabit: quamuis in aliquibus annis minoribus, præfertim anno 9103. à te prolato aliquot diebus ultra diem 21. reperiatur. Sed hoc non impedit æquationem Calendarij Gregoriani, cum iterum ad diem 21. sponte sua redeat in annis sequentibus. Accusanda est in hoc negotio tabularum inconstantia, atque incertitudo: quæ me coëgit afferere, æquinoctium vernum ante annum 20005. numquam ultra diem 23. Martij accidere posse; quandoquidem tunc hæret adhuc circa

diem 21. Et quis crederet, in aliquibus minorib. annis illud vltra 23. & 24. &cò amplius prolapsurum, & rursus versus diem 21. appropinquaturum, nisi calculus id ostenderet? Coniectura profectò satis probabili adduci quilibet potuisset, vt existimaret, illud non tam procul à die 21. posse recedere ante annum 20005. quod mihi quoq; per imprudentiam contigisse, ingenuè fateor: propterea quòd non omnium præcedentium annorum æquinoctia supputaueram.

12. Q u o d deinde me arguis, quòd dixerim, æquinoctium medium præcedere, aut sequi tanto tempore, quantum satis est, vt Sol motu suo vero arcum æquationis præcessionis æquinoctiorum percurrat: vide ntu hallucineris. Habeo enim pro mea sententia Erasmus Reinhaldum, & Iosephum Molætum cum alijs Astronomis eruditis. Rationes autem tuæ, quibus eam oppugnas, nullius omnino momenti sunt, sicut nec tua solutio meæ obiectionis. quod beneuoli Lettoris iudicio relinquo. Neque enim alias simul fieret æquinoctium verum ac medium, quando prosthaphæresis æquinoctiorum nullà est. quod omnibus Astronomis repugnat. Eadem fermè ratione non rectè me reprehendis, quòd scripserim, æquationem Solis nūquam duos gradus continere. Considera, ora te, tabulas Prutenicas aliquantò

attentius: Et si æquationem orbis vñquam continere duos gradus deprehenderis, libenter dabo manus. Sed nunquam hoc inuenies: licet aliquando æquatio orbis per partem proportionalem correcta duos gradus supereret: quod contra nos nihil facit, quia de æquatione Solis, quæ in tabula reperitur, locuti sumus: quemadmodum etiam maxima æquatio præcessionis æquinoctiorum in ijsdem tabulis ponitur Gr. 1. Min. 10. Sec. 22. Ter. 30. quicquid sit de eius correctione.

13. DENIQUE quòd putas me falli, cum doceo, nouilunia peractis annis $312\frac{1}{2}$. uno die sedes suas in Calendario anteuertere, & non elapsis annis 304. egregiè tu ipse falleris, non ego, vt nuper in Responsione ad conuicia, & calumnias Iosephi Scaligeri in Calendarium Gregorianum Moguntiæ impressa, à pag. 13. vñque ad pag. 22. pluribus verbis comprobaui. Nam si mensis Lunarijs complebitur dies 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 10. Quart. 48. vt volunt tabulae Prutenicæ; Lunares menses 235. conficient dies 6939. Hor. 16. Min. 32. Sec. 27. Ter. 18. Quart. 0. Cum ergo anni 19. Solares constent diebus 6939. Hor. 18. deficient 235. menses Lunares à 19. annis Solaribus Hor. 1. Min. 27. Sec. 32. Ter. 42. Atque hoc spatio temporis anticipat Luna sedes suas in 19.

annis. Vbi etiam nescio, quid tibi in mentem venerit, ut diceres, in alijs annis Iulianis, qui per auctionem 76. annorum non surgunt, licet idem ~~annus~~ numerus currat, anticipationem Nouiluniorum notari non posse: cum tamen hic notauerim anticipationem in 19. annis. Hinc ritè subducto calculo, Luna in annis 312 $\frac{1}{2}$. anteueret sedes suas. Hor. 23. Min. 59. Sec. 53. Ter. 5. quæ à die integro deficiunt solum Hor. 0. Min. 0. Sec. 6. Tert. 55. duntaxat.

Posita eadem magnitudine mensis Lunaris dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 10. Quart. 48. secundum easdem tabulas Prutenicas: & subducto eodem calculo, deprehendes, Lunam in annis 304. anticipare sedes suas horas tantummodo 23. Min. 20. Sec. 43. Ter. 12. quæ à die integro, id est, ab horis 24. deficiunt Hor. 0. Min. 39. Sec. 16. Ter. 48. quæ vt anticipentur, requiruntur adhuc anni 8. & eò amplius. Nonne vides, Germane, Lunam verius anticipare vnum diem in annis 312 $\frac{1}{2}$. quæ in annis 304? Lege, quæ so, responcionem meam supra dictam. Ibi enim intelliges etiam causam, cur Hipparchus, quem turba Computistarum sequitur, asseruerit, anticipationem vnius diei fieri in 304. annis. Quin etiam cognoscas, Nouilunia non posse anticipare vnum diem in annis 304. nisi ponas ea in una en-

neade-

neadecateride anticipare hor. 1 $\frac{1}{2}$. quod falsum esse supra diximus.

A T Q V E hactenus satisfactum esse credo insignibus illis erroribus, quos mihi affinisti: nulos enim esse ostendi. Nam quod 35. illa Plenilunia Paschalia, que cap. 8. recenses, præueniant non nihil æquinoctium verum, error censendus non est, cum Ecclesia verum æquinoctium non obseruet: satis est quod illa Plenilunia diem 21. Martij æquinoctio destinatum insequantur. Quod etiam Lunę xiiij. quas cap. 9. enumeras, plus æquo Plenilunia Paschalia anteuertant; id ex imperfectione cycli prouenit: quem tamen defectum plerunque littera Dominicalis compensat, ut in Explicatione Calendarij diximus.

14. SED examinemus iam doctrinam tuā in tuo Calendario nouo, vt omnes intelligent, illud non omni labore carere, vt tu prædicas. Principio quæro exte, quæ inuentio sit illa ante cap. 7. in inuestigatione diei æquinoctij, de numeris horarum lineola notatis. Nonne hæc res ansam præbet typographis innumerabilium errorum, cum facile lineolam aliquam omittere possint, vel apponere vbi opus non est? Sane hoc mihi puerile videtur inuentum. Oportuisset te tradere regulam, qua cognosceretur, quibusnam numeris apponenda sit lineola, &

quibus non: vt quilibet errata, si quæ forte à Typographo commissa fuerint, posset emēdare, quod non fecisti: Expende diligenter tabulas nostri Calendarij, & inuenies semper rationem, qua construūtur. Adde, quod contraria illæ lineolæ docent: ita vt per illas reperiatur idem æquinoctium in aliquibus annis contingere in duobus diebus diuersis, si tuum præceptum seruetur. Ut enim ex innumeris exemplis vnum proferamus. Anno 1900. æquinoctium in tuo Calendario notatur die 20. hor. 22. Martij. At si sumamus annum 1800. cum 100. in latere, vt fiant 1900. fiet idem æquinoctium die 19. hor. 22. quia cum hor. 22. notata sit lineola, accipiēdus est dies vnitate minor, vt præcipis. Videſnē, quām malè sibi consentiant tabula illa, & præceptum tuum? Cur non animaduertisti tam insignem repugnantiam? Puderet me, si simile quid in meis regulis inueniretur.

15. E O D E M ferè vitio laborat regula tua cap. 15. ad inueniendum aureum numerum æquatum. Cum enim quibusdam numeris æquationū affigas punctum, vt videlicet sumatur tunc aureus numerus æquatus. xiiij. pro 14. quis non videt, rem hanc mille periculis esse expositam: cum facile possit omitti punctum, vel apponi, vbi opus non est? Quare non docuisti, quibusnam numeris,

æquationis affigendum sit punctum, & quibus non; vt videlicet studiosus Lector notare posset errata, quæ fortasse hac in re negligentia Typographi irrepserint; Nihil profectò de hac incuria excusationis habere potes. Sed dic nobis, Germanne, cur tibi tanto-pere placet aureus ille tuus numerus æquatus? Mihi certè non probatur, cum nec sit aureus numerus, neq; Epacta, sed numerus casu, & non arte inter aureos numeros Calendarij insertus, licet illum ex adiectione alterius numeri ad aureum numerum procrees. Cur non eadem ratione Epactæ Calendarij Gregoriani dici possunt aurei numeri æquati? Ut enim tui numeri æquati conflantur ex numeris aureis ordinarijs, & quibusdam numeris additis: ita quicq; Epactæ componuntur ex eisdem aureis numeris ordinarijs, & quibusdam alijs numeris adiectis, vt in Compte Ecclesiastico docui. Et quidem longè facilius Epactæ ita componuntur, quam tui aurei numeri æquati; quippe cum certam regulam præscribere nequivieris, qui nam numerus æquationis in hoc, vel illo centesimo assumi debeat. Atq; hac fortassis causa fuit, cur vakra annum 4900. non progressus es. Deinde Epactæ serie naturali progrediuntur in Calendario tui autem numeri aurei æquati valdè inordinatè per mensum dies saltant. Atq; inter alias


ab-

absurditates aureus tuus numerus æquatus xiiij. harmoniam Nouiluniorum valde perturbat in Martio. Nam in annis, in quibus aureum numerum xiiij. diei 8. Martij adscriptum assumendum doces, Lunatio incipiens die 5. Februarij, quæ terminatur die 7. Martij, continet dies 31. atq; in annis bissextilibus dies 32. at Lunatio, cuius initium est in die 8. Martij, & finis 4. Aprilis, complectitur dies tantummodo 28. quæ omnia naturæ mensium repugnant, cum nullus continere debeat plures dies quam 30. neque pauciores quam 29. exceptis nonnullis Lunationibus initium habentibus in Februario, & finem in Martio, quæ necessario in annis bissextilibus propter diem inter calarem, constant diebus 31. Sed numquam 32. vt in tuo Calendario contingit. Vides ergo, quam malè agatur cum tuis numeris aureis æquatis, cum tantam absurditatem monstrant pariant. Sed si recte conijcio, video te aureum illum numerum xiiij. octauo diei Martij adscriptissime, hanc solam ob causam, ne videlicet, omnia Paschata æquati aurei numeri 14. in Aprilem cadant, sed quædam ex illis in Martio celebrentur: quia tamen in re sæpenumero contra Decreta Patrum Plenilunia Paschalia exhibes in ultimo mense, hoc est, ante diem 21. Martij æquinoctio deputatum, vt in sequenti tabella perspicuū est.

Anni Domini.	Aur nu- me- ri.	Epa- ctæ.	Pleini. Pasch. Cal. Gregoriani.		Aureus numer. zquat. Germæ	Plenil. Pasch. Cal. Germani.	
			D. H. M.	Més.		D. H. M.	Més.
1845.	3	xxij.	22. 19. 32..	Mar.	xiiiij.	20. 19. 32.	Mar.
1864.	3	xxij.	22. 12. 10.	Mar.	xiiiij.	20. 12. 10.	Mar.
3230.	1	xxiiij	19. 9. 30.	Apr.	xiiiij.	20. 20. 26.	Mar.
3249.	1	xxiiij	19. 2. 1.	Apr.	xiiiij.	20. 13. 17.	Mar.
3268.	1	xxiiij	18. 18. 33.	Apr.	xiiiij.	20. 15. 49.	Mar.
3287.	1	xxiiij	19. 11. 6.	Apr.	xiiiij.	20. 22. 22.	Mar.
3344.	1	xxiiij	19. 12. 43.	Apr.	xiiiij.	19. 23. 59.	Mar.
3534.	1	xxij	22. 21. 24.	Mar.	xiiiij.	20. 21. 24.	Mar.
3553.	1	xxij	22. 13. 56.	Mar.	xiiiij.	20. 13. 56.	Mar.
3572.	1	xxij	22. 6. 28.	Mar.	xiiiij.	20. 6. 28.	Mar.
3610.	1	xxij.	22. 15. 33.	Mar.	xiiiij.	20. 15. 33.	Mar.
3629.	1	xxij.	22. 6. 38.	Mar.	xiiiij.	20. 6. 38.	Mar.
3648.	1	xxij.	22. 0. 38.	Mar.	xiiiij.	20. 0. 38.	Mar.
3667.	1	xxij.	22. 17. 11.	Mar.	xiiiij.	20. 17. 11.	Mar.
3686.	1	xxij.	22. 9. 43.	Mar.	xiiiij.	20. 9. 43.	Mar.
3800.	1	xxj.	24. 11. 58.	Mar.	xiiiij.	20. 12. 58.	Mar.
3838.	1	xxj.	23. 22. 3.	Mar.	xiiiij.	20. 22. 3.	Mar.
3857.	1	xxj.	23. 16. 45.	Mar.	xiiiij.	20. 16. 45.	Mar.
3876.	1	xxj.	23. 7. 8.	Mar.	xiiiij.	20. 7. 8.	Mar.
4813.	7	xxij.	21. 7. 57.	Mar.	xiiiij.	20. 7. 57.	Mar.
4832.	7	xxij.	21. 0. 30.	Mar.	xiiiij.	20. 0. 30.	Mar.
4851.	7	xxij.	21. 17. 2.	Mar.	xiiiij.	20. 17. 2.	Mar.
4870.	7	xxij.	21. 9. 35.	Mar.	xiiiij.	20. 9. 35.	Mar.
4889.	7	xxij.	21. 2. 7.	Mar.	xiiiij.	20. 2. 7.	Mar.
5022.	7	xxij	22. 21. 54.	Mar.	xiiiij.	20. 21. 54.	Mar.
5041.	7	xxij	22. 14. 28.	Mar.	xiiiij.	20. 14. 28.	Mar.
5060.	7	xxij	22. 6. 59.	Mar.	xiiiij.	20. 6. 59.	Mar.
5079.	7	xxij	22. 23. 31.	Mar.	xiiiij.	20. 23. 31.	Mar.
5098.	7	xxij	22. 16. 4.	Mar.	xiiiij.	20. 16. 4.	Mar.


VIDES NÉ, in omnibus istis annis Plenilunia Paschalia Calendarij Gregoriani spectare ad primum mensem; cum diem 21. Martij æquinoctio deputatum insequantur: in tuo vero Calendario pertinere ad ultimum mensem; quippe quæ eumdem diem 21. Martij præcedant? Perperam ergo pro numero aureo æquato 14. depressisti per unum diem in Martio numerum xiiij. diverso charæctere notatum; cum omnia Plenilunia aurei numeri æquati 14. secundum tuam æquationem æquinoctij veri, Paschalia sint in Aprili. Atq; in hos errores aureus tuus numerus æquatus xiiij. te coniicit.

SED inspice etiam sequentem tabellam, in qua alios committis errores, propter eandem æquationem tuam veri æquinoctij, exhibendo nimirum Plenilunium Paschale vel in ultimo mense, hoc est, non post æquinoctium Ecclesiasticum, aut post diem 21. Martij, vt par est: vel certe in Aprili, uno scilicet mense tardius, quam in Calendario Gregoriano.



GERMANI.

Anni Domini.	Aur nu- me- ri.	Epa- cta.	Plenil. Pasch. Cal. Gregoriani.		Aureus numer. zquat. Germā	Plenil. Pasch. Cal. Germani.	
			D. H. M.	Més.		D. H. M.	Mé
1712	3	xxij	21. 22. 50.	Mar.	3.	20. 22. 50.	Ma
1723.	14.	xxiiij.	21. 3. 41.	Mar.	14.	18. 16. 25.	Ap
1788.	3	xxij	21. 18. 0.	Mar.	3.	20. 18. 0.	Ma
1913.	14.	xxij	21. 1. 6.	Mar.	14.	18. 13. 50.	Ap
1932.	14.	xxij	21. 17. 38.	Mar.	14.	18. 6. 22.	Ap
1951.	14.	xxij	22. 10. 51.	Mar.	14.	18. 23. 35.	Ap
1970	14.	xxij	22. 3. 23.	Mar.	14.	18. 16. 7.	Apr
1989.	14.	xxij	21. 19. 16.	Mar.	14.	18. 8. 0.	Apr
2008	14.	xxij	21. 11. 48.	Mar.	14.	18. 0. 32.	Apr
2027.	14.	xxij	22. 4. 21.	Mar.	14.	18. 17. 5.	Apr
2046	14.	xxij	21. 20. 53.	Mar.	14.	18. 9. 37.	Apr
3439.	1	xxiiij.	22. 10. 41.	Mar.	25.	18. 23. 25.	Apr
3507.	12.	xxiiij.	21. 16. 10.	Mar.	xxv.	18. 4. 54.	Apr
3526.	12.	xxiiij.	21. 8. 42.	Mar.	xxv.	17. 21. 26.	Apr
3545.	12.	xxiiij.	21. 1. 15.	Mar.	xxv.	17. 13. 59.	Apr
3583.	12.	xxiiij.	21. 10. 20.	Mar.	xxv.	17. 23. 4.	Apr
4403	15.	xxiiij.	21. 16. 45.	Mar.	14.	19. 5. 29.	Apr
5155.	7	xxj.	23. 17. 41.	Mar.	14.	19. 6. 25.	Apr
5459.	7	xx	24. 19. 20	Mar.	14.	19. 8. 4.	Apr
5516.	7	xx	24. 19. 58.	Mar.	14.	8. 8. 42.	Apr
5611.	7	xx	25. 6. 40.	Mar.	14.	19. 19. 24.	Apr



IN

IN hisce annis omnibus, duobus exceptis, Plenilunia tua Paschalia non solum in Aprilem cadunt, quæ in Martio contingunt in Calendario Gregoriano : verum etiam quatuor ex illis ultra terminum, quem Patres, & Concilia nobis præscripserunt, id est, post diem 19. Aprilis, excurrunt. Et quidem in anno 4403. vbi littera Dominicalis tibi est D. Pascha celebrandum proposis die 19. Aprilis ante Plenilunium medium.

SEDE ut ad tuos aureos numeros æquatos reuertamur, introspiciamus penitus eorum tabulam cap. 15. libri tui, & expendamus, num arte, & non casu potius à te constructa sit. Mihi certè non videtur ad normam, ac rationem Lunationum esse confecta, immo ei omnino contraria.



Cum

Cum enim Nouilunia, ut
vis, anticipent vnum diem
in 304. annis, æquanda e-
rat Luna trecētesimo quo-
que anno, quod tu nequa-
quam præstitisti: quia so-
lum hincce annis 1800. 3100
3400. 3800. 4700. 5000.
5300. eam equasti quorum
sequens quisque proximè
præcedentem non supe-
rat 300. annis, sed annus
quidē 3100. annum 1800.
superat 1300. annis: at an-
nus 3800. annū 3400. an-
nis 400. annus verò 4700.
excedit annū 3800. annis
900. Immò quod magis
mirum est, neque habuisti
semper rationem centesi-
morum bissextilium: quo-
rum vtrumq; homine Ma-
thematico indignum est.
Verum rem ita se habere,
planè percipies ex sequēti
tabula, si prius te docuero,
qua ratione Luna trecen-
tesimo quoq; anno æquā-
da sit, non neglectis cen-
tesimis annis bissextilibus:

Dies mē sis Mar- tij.	Aur. num. z. quati in Mar- tio.
1	20
2	9
3	28
4	17
5	6
6	xxv. 25
7	14
8	xiiij. 3
9	22
10	11
11	30
12	19
13	8
14	27
15	16
16	5
17	24
18	13
19	2
20	21
21	10
22	29
23	18
24	7
25	26
26	15
27	4
28	23
29	12
30	1
31	26

vt in explicatione Calendarij fusius docut.

1. QVANDO igitur centesimo aliquo anno dies intercalaris omittitur, & Luna æquatione non indiget, fiunt Nouilunia vno die tardius.

2. QVANDO verò anno aliquo centesimo dies intercalaris non omittitur, sed Luna indiget æquatione, Nouilunia per vnum diem ascendunt.

Num. addē- di secūdum Germannū	Vbi Germā nus Lunam æquat.	Cente- simian ni.	Vbi fieri de- beat æqua- tio Lunæ.	Numeri ad- dendi secū- dum nos.
II	*	1800. B	*	II
0		1900		0
0		2000. B		0
19		2100	*	0
19		2200		19
8		2300		8
27		2400	*	8
27		2500		27
16		2600		16
5		2700	*	16
3		2800		5
24		2900		24
13	*	3000	*	24
24	*	3100. B		24
13		3200		13
13		3300. B	*	24
24	*	3400. B		24
13		3500		13
13		3600. B	*	24
2		3700		13
13	*	3800. B		13

Num. addē- di secūdum Germannū	Vbi Germā- nus Lunam æquat.	Cente- simian ni.	Vbi fieri de- beat æqua- tio Lunz.	Numeri ad- dendi secū- dnū nos.
2		3900	*	13
21		4000		2
21		4100		21
10		4200	*	21
29		4300		10
29		4400		29
18		4500	*	29
7		4600		18
18	*	4700. B		18
7		4800	*	18
7		4900. B		18
7	*	5000		7
7		5100. B	*	18
7		5200. B		18
18	*	5300. B		18
7		5400	*	18
7		5500		18
7		5600		7

3. QVANDO deniq; & dies intercalaris omittitur centesimo aliquo anno, & Luna æquatione indiget: vel neque dies intercalaris omittitur, neq; Luna æquatione indiget, Nouilunia neque ascendunt neque descendunt, sed eisdem diebus, quibus antea, contingunt.

Hæc præcepta si obseruentur, facilis erit construclio tabulæ numerorum, qui ad aucteos numeros adjiciendi sunt, vt conflentur

numeri aurei æquati. In p̄cedenti tabula perspicuè apparet, te superiora tria p̄cepta non semper seruasse. Signum porrò * illis annis centesimis, in quibus Luna æquatur, apposuimus. Item annis centesimis, qui bissextiles sunt, litteram B, in quibus nimirum dies intercalaris non omittitur, ascriptam habes. Præposuimus quoq; huic tabule mensem Martium cum tuis numeris aureis æquatis.

VERVM docebo te paulò diligentius, quo pacto numeri eruendi sint pro indagatione aureorum numerorum æquatorum. Quoniam annus 1800. habet 1.1. apponemus o. anno 1900. per 1. p̄ceptum; quia cum hoc anno dies intercalaris omittatur, & Luna æquatione non indigeat, descendent Nouilunia: ac propterea, existente aureo numero 1. anno 1805. fuit aureus numerus æquatus 12. & anno 1900. erit 1. uno die infranumerum 12. Quia vero anno 2000. dies intercalaris non omittitur, & Luna æquatione non indiget, retinebimus o. iuxta 3. p̄ceptum. Similiter quia anno 2100. & dies intercalaris omittitur, & Luna æquanda est, retinebimus rursus o. secundum idem 3. p̄ceptum: vt existente aureo numero 1. æquatus aureus numerus sit quoq; 1. cū tamē tu habeas numerum 19. addendum aureo numero 1. & æquatum aureum numerum

20. infra 1. ac proinde Nouilunia cegas descendere. Rursus quia annus 3200. habet numerum 13. & sequenti centesimo 3300. dies intercalaris non omittitur, sed Luna æquatione opus habet, ascendent Nouilunia, vt vult 2. preceptum, per unum diem, ideoque assumendum est numerus 24. addendus ad aureum numerum 1. cum tu tamen cegas eadem descendere, contra Nouiluniorum rationem, quia retines numerum addendum 13. vt facias aureum numerum æquatum xiiij. Aut igitur Nouilunia non anticipant unum diem in 304. annis; quod non concedes, cum sit contra Hipparchum, & omnes computistas; aut certè errasti in noctandis numeris, qui addendi sunt aureis numeris ordinarijs, vt confiantur aurei numeri æquati. Ex his non erit difficile intelligere, quanam arte numeri secundum nos addendi sint collecti.

Vt autem videas, rectius monstrari Nouilunia, si numeros aureos æquatos indagases, vt proximè tradidimus, perpende 3. exæpla, quæ sequuntur. Anno 2109. aureo numero 1. facis æquatum aureum numerum 20. quem nos 1. statuimus. Exhibit autem calculus Nouilunium in Martio die 28. hor. 23. quod tu in diem 31. rejcis: nos autem rectius in diem 30.

ITEM anno 5244. aureo numero 1. tibi

aureus numerus æquatus est 8. iuxta diem 13. Martij collocatus: nobis autem numerus aureus æquatus est 19. iuxta diem 12. Martij positus. Calculus dat Nouilunium die 11. hor. 3. Martij, ad quod proprius accedit Nouilunium nostri auctei numeri æquati, quam tui.

RVRVS anno 3648. aureo numero 1. constituit aureum numerum æquatum xiiij. iuxta diem 8. Martij: nos vero habemus æquatum aureum numerum 25. iuxta diem 6. Martij. Cum ergo calculus offerat Nouilunium in Martio die 5. hor. 6. clarè perspicis, huic Nouilunio magis accedere diem 6. quā 8. Et sanè huius Lunationis plenilunium incidit in diem 20. hor. 1. Martij, ante æquinoctium Ecclesiasticum. Tuum ergo Pascha, quod in Martio celebras, spectat ad ultimum mensem. Vide ergo, quam male cum tuo aureo numero xiiij. æquato agatur. Idem experiri licebit in alijs annis centesimis, in quibus nostri numeri, per quos æquati aurei numeri conficiuntur, à tuis differunt. Semper enim nostrorum aureorum numerorum æquatorum Nouilunia proprius ad Nouilunia, quę per calculum inueniuntur, quā tuorum, accedunt.

SATIS ne igitur mi Germanne, perspectum nunc habes, Calendarium istud tuum, quod tu tantopere iactas, cuius aura usque adeo

adeo intumescis, etiam si non proponas regulas ad vulgi captum accomodatas, sed potius æquinoctium nobis verum obtrudas, quod sane ecquid expediat, nemo sanus est, quin videre possit: cernisne, inquam, quantum illi desit, omnibus ut numeris possis inflatis, vt aiunt, buccis appellare? Itaq; cum populare, vt optandum fuerat, Calendariū nequaquam construxeris, vt Mæstlino suadendum curaui, vnum illud restat, vel ut Gregorianum summa approbatione recipias, vel de integro ad nouum excogitādum animum, laboremque conferas. quod ego Mæstlino pro virili proposui.

HIC RHODVS, HIC SALTVS.

F I N I S.



